



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De episcopis ad synodus vocatis, & venire, & missos suos mittere
dignantibus. iii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

vel reliquarum pertinent rerum. Seipsum verò qui contè
pserit, accusabit, nisi fortè per aegritudinem ire nō possit.

*Quales epistolæ à metropolitano sint fratribus
dirigendæ.* Cap. LXVIII.

Ex cōcil. Terraco nensi, ca. 13. **E**pistolæ tales per fratres à metropolitano sunt dirigē
dæ, ut nō solū de cathedralibus Ecclesiae presbyteris,
verū etiā de dicēsanis ad conciliū trahant, & aliquos
de filiis Ecclesiae secularibus secum adducere studeant.

De eadem re.

Cap. XLIX.

Ex cōcil. Agath. cap. 36. **S**i metropolitanus Episcopus ad cōpruinciales epi-
scopos epistolas direxerit, in quibus eos aut ordina-
tionem alicuius fratris, aut ad synodum inuitet, postpositis
omnibus, excepta graui infirmitate corporis, aut prae-
ceptione regia, ad constitutam diem adesse non differat.
Qui si defuerint, sicut prisca canonum præcepit authori-
tas, usque ad proximam synodum charitate fratrū, & Ec-
clesiae communione priuentur.

De episcopo qui synodo adesse neglexerit. Cap. L.

Ex cōcil. Spalenſi, cap. 10. **S**i quis autem Episcorum synodo adesse neglexerit,
aut cōcūm fratrum, antequam concilium dissoluatur,
crediderit deserēdum: alienum se à fratrum communio-
ne cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti syno-
do fuerit absolutus.

*De Episcopo, qui per aegritudinem ad synodum
venire non potuerit.* Cap. LI.

Ex decr. Felicis pa- pæ, ca. 11. **Q**UOD si aegrotans fuerit Episcopus, aut aliqua eū
grauis necessitas detinuerit pro se legatum ad sy-
nodum mittat: suscepturnus salua fidei veritate,
quicquid synodus statuerit.

*De episcopis ad synodum vocatis, & venire, & missos
suos mittere dignantibus.* Cap. LII.

De syno- do apud Althi habita, cap. 10. **P**lacuit sanctæ synodo episcopos, qui vocati de Saxo-
nia ad sanctum concilium non venerunt, nec secun-
dum canones sacros missos suos vel vicarios direxerunt,
grauis increpatione obiurgare, & pro culpa inobedientiæ
increpare Vnde iterum eos fraterna charitate ad cōdictū
cōciliū inuitamus & vocamus. Quod & si hoc, quod nō

optamus, pro nihilo duxerint, & venire noluerint, iustaque rationem inobedientiae suae reddere detrectauerint, apostolica authoritate interdicit eis Petr^o sancti Petri & papæ missus, vna cū sancta synodo, missas celebrare, quo usque Romam veniant, & coram papa, & sancta Ecclesia dignam reddiderint rationem.

Conciliū vniuersale non nisi necessitate faciendū. Cap. LIII.

Placuit vt non sit ultra fatigandis fratribus vniuer- *Ex cōcil.*
falis necessitas, sed quoties exegerint causæ commu- *Africa-*
nes, id est, si totius Africæ vnde cunque relate ad hanc se- *no, cap.*
dem fuerint literæ, congreganda ēsse synodū in ea pro- *42.*
uincia, vbi opportunitas persuaserit. Causæ autem quæ cō-
munes non sunt, in suis prouinciis iudicentur.

*Vt Episcopi posteriores se prioribus suis
nouū præferant. Cap. LIV.*

Episcopi verò per singulas prouincias obseruent, ne *Ex epif.*
posteriores se superioribus suis præferat; nec eis in- *Lucū pa-*
consultis, nisi quātum ad propriam pertinet parochiam, pæ, Oci-
aliquid agant. Sed omnes de communib[us] eorum causis, dētalibus
consonā sententiā proferat, & determinent, quoniā aliter *mīsa, ca-*
actæ, nullas vires habebūt, nec ecclesiasticæ reputabūt. 5.

*Vt Episcopi sui ordinis tempus obseruent, alter
alteri honorem præbentes. Cap. LV.*

ITem placuit, vt cōseruato metropolitani Episcopi pri- *Ex cōcil.*
matu, cæteri episcoporum secundum sui ordinationis *Cabillonē*
tempus, aliis alii sedenti locum. *si, cap. 7.*

*De Episcoporum ordine, vt qui posterius ordinati sunt,
prioribus se non audeant anteferre. Cap. LVI.*

Valentianus Episcopus dixit: Si permittit bonū pa- *Ex cōcil.*
tientiæ vestræ, prosequor ea quæ præterito tempo- *Africa-*
re in Ecclesia Carthaginensi gesta sunt, & subscriptioni- *no, cap. 53.*
bus fratrum firmata claruerunt, etiam hoc nos seruatuos
esse profiteor. Sed illud scimus, in uiolatā semper mansisse
ecclesiasticam disciplinam, vt nullus frater prioribus
suis se aliquando auderet anteponere, sed officiis chari-
tatis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequē-
tibus grāanter semper acciperetur.